

qui merentur omni inueniet  
illum. Cui timet deum equum  
habebit amicitiam bonam: quoniam se-  
cundum illum erit amicus illius.

**F**ili a iuuentute tua excipe doc-  
trinam: et usque ad canos inue-  
nies sapientiam. Quasi is qui a-  
rat et seminat accede ad illam:  
et sustine bonos fructus illius.

In opere enim ipsius exiguum labo-  
rabis: et cito edes de generatio-  
nibus illius. Quam aspera est

numquam sapientia indoctis homi-  
nibus: et non permanebit in illa

**T**extoris. Quasi lapidis uirtus  
probatio erit in illis: et non demo-  
strabuntur picere illam. Sapientia  
enim doctrine secundum nomen est eius:  
et non nullus est manifesta. Qui-  
bus autem agnita est: permanet

usque ad conspectum dei. **A**udi fi-  
li et accipe consilium intellectus:  
et ne abicias consilium meum.

Inice pedem tuum in conpetes illius:  
et in torques illius tuum collum.

Subice humerum tuum et porta  
illam: et ne accipieris a iuncu-  
lis eius. In omni animo tuo ac-  
cede ad illam: et in omni uirtute  
tua serua uias eius. Inuestiga

illam et manifestabitur tibi: et  
continens se ne derelinquas

eam. **M**isereatur tui deus



A7

II / 130

C

E







1725

GUNTHER AN GORLITZEN

PALASTIA

ORATORIO POTICA

EXERCITIA ORATORIA

ET POTICA

*[Faint, mostly illegible handwritten text]*

No. I. A  
 felle  
 Com  
 fms  
 Anm

No. II. C  
 P  
 de  
 hie  
 ex

No. III. p  
 le  
 Ji  
 Jan

No. IV. ad  
 De  
 16

No. V. A  
 4  
 Pa

No. VI. de  
 A  
 Lo  
 ca

No. VII. f  
 T

No. VIII. 11  
 lebet von  
 selffe von dillb  
 ex fardinand  
 und vordet. 80  
 die aloufite an  
 in ba dli den ja  
 inga nefe die n  
 rade sed nre nif



PROLUSIONES  
&  
CLAUSURÆ

in

EXAMINIBUS PUBL.

ἀπὸ τοῦ Σωματος

ab

Optimæ ætatis Adolescentibus

Ab Anno MDC LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV.  
LXXVII.

Honoris Amplissimi Ordinis  
Erecta &c.



27

1777

1778

1779

1780

1781

1782

1783

Latio  
re in mo  
riofian  
Epigram  
Dij  
len. Epig  
ation  
indeba



969

# SERMO ADVENTITIUS

ad  
PATRES CONSCR.

REIPUBL. GORL.

in  
Examine publico,  
eoz post instaurationem  
Doctrinam  
Gymn. Gorl.  
quinto,

ex prompta memoria  
recitatus

à  
TOBIA. SCHNITTEL

In Latine salutationis natutinae propria vox erat AVE. Ita enim  
eam in more positam ac consuetudine receptam Romanis fuisse apud in-  
geniosissimum et ac lepidissimum Romanorum Poëtam Martialem hinc inde  
in Epigrammatibus legimus:

Discurre (canit ille alicubi) tota vagus urbe nec ulla cathedra est  
Cui non mare feras irrequietus AVE.

Idem Epigramm. 38 Lib. VIII.

Discursus varios vagans nane  
Et faustus et AVE potentiorum  
Quum perferre patiq. iam negaret.

Latinorum AVE Græcum Χαῖρε, vel ipso etiam Martiale interprete,  
respondebat: Sic namq. ille Epigramm. 52 Lib. V.

Exprimere AVE, fidicula licet cogant,  
AVE Latinum Χαῖρε non potes Græcum.



Quid ergo prohibet, quid vetat, quo minus et ego ad Vos, ad Vos incho, Pa  
tres Conscripti AVE meum jam dirigam? Nemo quum Vos è Senatoria  
Ordine Delegati Patres esse tempore,

— — — — — Ego clarum mare fenestras

Intrat et angustas extendit lumine rimas,  
in hoc Musarum Charitumq; domicilio aliis gravioribus negotiis sepositis,  
congruentis, ut rerum nostrarum Gymnasticarum lustrationem institueret  
atq; an nuam per hoc præterlapsam anni spatium cum à Docentibus, hinc qui  
à discipulis satisfactum fuerit, exploraretis, à laudabili Veneranda Antiquitate  
tatis ritu non abluam, si Vos Patres Patriæ avere jussero. Avete providi  
Viri Nobiliss. Angliss. Consultiss. Spectatiss. Patroni submissè de venerandis  
omnes sigillatim, singuli conjunctim. Avete Vos millies jubet Genio  
hujus loci, (Sacerrimi Musarum Sacelli). Avete jubent montis Helicon  
Dryades, fontis Pierii Najades, Dii indigetes. Chorus hic inter Apollo  
neus avere jubet. Quid? Evid omnes, omnes vestrum hinc adventum  
congratulemur. Et quidri congratularemur? Illuxit enim dies, quo  
Patres Patriæ oculis Nissiacarum Musarum se conspiciendos præbent: il  
luxit dies, quo ipsi per honorifica sua præsentia testaten faciunt. An  
plissimum Ordinem nec quicquam de pristino suo erga Scholam hanc fa  
vore, amore atq; patrocinio remisisse: quin potius iterum per Graviss  
mos Curatores eandem assertam modis omnibus atq; promotam exire  
expetunt. O exoptatum diem! O diem verè splendidum! in quo Nissiacor  
se Nissiacæ se felices prædicare possunt, quibus ego prægrinis: quibus  
qui splendido hoc Patrum Anglissimorum consensu prodire sum jussus. Demittam  
hinc pronus caput meum, flecto totum corpus, humillime vestram Patres  
Conscripti venera præsentiam, ac decenter gratias, quas possun  
te concipere, ago maximas, quod florentissimam hanc Scholam Angliss  
mus Patrum Ordo benignissimo verèq; paterno affectu prosequi nunquam  
desistens, bonum iterum Examen ut aliis quam plurimis benevolent



s, ita imprimis augusta hac Virorum Gravissimorum presentia splen-  
 dore atq; augustius reddere haud dubitavit. Sed, dum hoc me interprete  
 asserenda Noster voluit, non assequitur tam eminentis et summis ad  
 in usq; laudibus evadendum beneficium cogitationum mearum stuzili-  
 neg, ullis mellitis verborum globulis id exprimere potest. Tantum  
 deo sacro tantam Patrum Patria nostra benevolentiam atq; favo-  
 silentio veneror, quod ego proloqui nescio, id sympathetice mei ar-  
 tiffimis votis ac precibus DEO ter Opt. tuz Max commendabunt:  
 ote qui in hodierno hoc conspectu vestro nobis longè jucundissimo,  
 anniversario huc, quem indulgisti, confluxu perquam gratissimo  
 ibus mecum expetunt votis, quod ille olim optasse dicitur. Nempe ut  
 is fenestram aliquam in pectoribus ipsorum aperiret, ut haec, quae con-  
 ère gaudia, non per angustas sensuum, orisve rimas, qsi guttatum  
 stillarent, sed patentibus pectorum portis prorumperent. Et quoniam  
 Ipsi Patres Conscripti gestiendam commilitonum meorum latitiam  
 n ex hilari quidem eorumdem et ex porrecta fronte conjiceretis. Sed  
 intimo amoris, et suae erga Vos observantiae pectore spectaretis.  
 arte enim non nobis solum singularis latitiae argumentum praebuistis,  
 rum etiam pristini favoris atq; benevolentiae memoriam ita renovatis  
 odie, ut superioris anni benignitatem grato adhaerent animo agnoscamus.  
 hic, hic siquidem dies, qui nobis sereno caelo omnium in toto hoc an-  
 ornatus illuxit, non solis radiis, sed roseis augustae vestrae praesen-  
 tiae splendoribus illustratur: ut pote quibus omnino complacitum est,  
 riato huc post restauratam nec non ita pridem revisam aeg ac re-  
 gnitam doctrinam Examini publico affulgere: Examen puto profectu-  
 nostrorum; quod in rebus sive secularibus, sive spiritualibus, sive in  
 rovis, sive in disciplinis, hodie instituetur. Quapropter eo, quo possum  
 Debes, (debeo autem omni, possum tenui) etiam atq; etiam contendo  
 ere; ut ne benevolae benevolarum aurium aedes aperire atq; balbutientia  
 Minervae nostrae infantiam per horam unam aut alteram libertissime



ferre, patientissimè audire recusetis: ut ne si quod hallucinationis secretum  
à nobis proditum fuerit, malè id interpretemini. Nostis utiq; Viri Gracissimi  
quid Lippis et tonsoribus noto proverbio valeat: Evi nunquam malè, nunquam  
quam benè. Nostis et ipsi, quod in magnis rebus sat sit voluisse. Nostis  
quod non minus verè, quam prudenter dixerit, quisquis dixit:  
Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.  
Indulgete hinc nobis veniam, dignamini nos hac benevolentia ut vestri  
auspicis freti scyllas Syrterq; omnes prætervecti felicissimum portum, a  
spirante carbasis nostris vestri favoris favonio, appellamus. Sin autem  
conatus nostri vobis forte displicebunt, ut evadendi nobis naufragio  
in placito hoc Neptuno detur facultas, vestris humiter advolvimur  
avis. Ad Vos Clarissimi Vitæ morum ac studiorum nostrorum Maiores  
ad Vos, inquam, Superiores Reipubl. hujus Scholasticae Quatuor Viri, nam  
Oratio mea tendit, Vos, Vos sc. cum debito animi cultus h. e. reverentia  
compello, ut ordine Vos paulatim ad nos periclitandos componatis  
Opt. Max. Deo Auspice primordia Lyaminis hujus publici in hæc  
niori classe capturi, idq; ipsum deinceps per cæteras quoq; classes  
post hæc Deo Præstite cum cæteris Ann. Collegis provecutoriis  
Nempe ut Parmeno apud Terentium Nostrum, suppositum illum Evuchum  
à tribus artibus laudaturus, periculum vult fieri in literis, vult fieri  
in palestra, vult fieri musicis, quæ liberum scire æquum erit adolescen-  
tem. Ita non tam cum imperio volo, quam cum obsequio oro, rogo  
obsecro, et Vos Optimi et ad unam usq; ceteri Maiores vestros  
periclitemini in literis, periclitemini in disciplinis, periclitemini in  
artibus, imo et in aliis rebus, quas honor scire adolescentes æquum  
periclitemini. Ita sc. oro, rogo, obsecro, imo et obtestor, nec ulli dubium  
quia votis ac desideriis nostris paterno animo responsuri sitis: quia  
qui dudum nos probastis ad peculiarem vestram indulgentiam, quæ  
plenissimam tenus hac experti sumus, pertinere. Vos, Vos tandem



171

ΑΥΦΙΛΤΑΤΟΙ, qui mecum in his Musarum castris sub uno eodemq;  
illo et pollinis strenuè militatis, in calce mee oratiunculae serio ad-  
for; ut in publico hoc Examine promptè et expeditè respondendo vos  
iustis vestris, potissimum autem Dni. Patronis, probetis, quales  
vos expectant. Surgite nempe rogati, vestrae industriae promptà  
expedità responsione Specimina edite! Ecce suspensas sereno suo vul-  
tu Patres Conscripti aures vobis spondent, et altum (penè dix-  
im Pythagoricum) silentium linovis animisq; fautori, pollicentur.

## SERMO EÛCHARISTICUS

in fine  
EXAMINIS PUBLICI

Anno 1672.

metricè recitatus

à  
Godofredo Schwerdfegero.

Mene' jubes, o Pieriae clarissime pubis  
Rector, et infirmas premis alto pondere vires?  
Scilicet obingvem juvenem nram tanta corona  
Ferre potest? Ludumne' facis cui verba dedisti?  
Non mihi de nostro licet hoc sperare magistro.  
Ardua jussisti, nec cuiquam mollia: sed quum  
Sit mandare tuum, parendi gloria nostra,  
Ipse ego, qui nunquam mellis madefactus ab imbre  
P'boeboo, aut metici doctus sum carminis orsus,  
In tam praelusti Procerum vivente corona,  
Ut potero, jam nunc mandato munere fungar:  
Vires ut desint tamen est spectanda voluntas.  
Sed primas hinc quis sibi vendicat? Ipse Deborus.  
Miranda altissimi cujus nos facta stupemus  
Ille e, qui coeli effecit tonitralia templa,  
Fulmineasq; domos firmavit robore abeno:



Ille é, terrarum certo qui limite Tractus  
Tethyos à fluidis prudenter dividit arvis.  
Ille é, è limo primum qui finxit Adamum,  
Nos et Adamigenas coelestia Regna tuen  
Iussit, et erectos ad coelum tollere vultus,  
Providus infundens vegetæ rationis acumen:  
Is nos, queis meliore Deo sacra corda coherend,  
A grege sejunxit calvo rasag' caterva:  
Ille é, hæreticas patrio qui limine Aricas  
Proscribit, rapidis dans ferre per æquora ventis.  
Scilicet ejus ope stat sacra Ecclesia in oris  
Nostris: Ejus ope priva et res publica durat,  
Durat adhuc solitumq' viget tutata nitorem:  
Ejus ope Aonios tuti exspectiamur in hortos,  
T'espriadumq' rosas felici carpimus ungue:  
Ejus ope hæretico securi à schismate verbi  
Semine salvifici dio conspergimus agrum  
Pectoris, ambrosio pascentes corda cibatu:  
Deniq' is é, magnus qui conservator Bonesti  
Tecta hæc Alfsiadum clementi semp obumbrat  
Præsidio, quo nunc, et quo venientibus annis  
Profint permultis, et gignant comoda mille.  
Ergo, o die DEUS, quo Te nunc carmine dicam  
Queisve Tibi verbis laudum libamina solvam?  
Non mihi si centum ora parens natura dedisset,  
Milleg' facundæ penetrantia fulmina lingua,  
Pro meritis æqua Vestimenta refundere possem.  
Interea Te, Summe Pater, veneranter honoro,  
Te veneror, flexo supplex Te poplite adoro:  
Tutia perpetuè ut nostris des otia Musis  
Atq' procul Martem nostris clementer ab oris  
Trans mare Carpathium pellas, trans Tartarum nigr  
Sic et Barbaries, sobolesq' impura Getarum  
Caucaseas repetat turpi formidine portas!  
Vivat sic sospes Leopoldus, vincat, et ipse  
Floreat in Pylis per quam feliciter annos!  
Nec minus in longam vivat Ruta-Insifer Hero:  
Tempus, et Euboici transcendat pulvens annos!



792

Conscripti vivant Patres, vivantq; Magistri!  
Sic Tibi Cyaneo seu peplo obnubet Olympum  
Hæc, Erebi conjugo, nigri vestes sive tenebrae  
Noctis luce nova lampas Prætorantia pellat,  
Vota precesq; Jacras dabimq; veneranter ad aras.  
In terras coelo redeo, magnamq; Senaturn  
Appello civis, submisso poplite sedes  
Commendans, et Musarum celeberrima templa:  
Quandoquidem Sæd potis e' animus psolvere grates.  
O Decus eximium nostræ urbis, et inclita pompa,  
Per nostras cujus fama e' celeberrima terras,  
Te colimus, Te suspicimus, sequimurq; volentes,  
Proq; Tua facimus Solemnia vota salute!  
Perge fovere Scholam nostram, Tu perge favere:  
Sic laus, sic et Honor celebris, nomenq; manebit,  
Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit.  
Nec vos communi patiar sub nomine abire  
Patroni, ornabit quorum præsentia nostrum  
Examen: vestra hæc cura e', vestri illa favoris  
Munera sunt, vestri ludi, vestraq; coronæ!  
At gratis servare animis hæc dona, diemq;  
Laus ea nostra manet: coeptis si ariserit æther,  
Ingeniisq; aderit quem ver optabile nostri,  
Vos etiam dabimus Vobis Encomia laudum,  
Nec non grati animi Texemus splendida festa,  
Qualia consuevere bonæ contexere Musæ  
Ad juga Parnassi, vel doctæ flumina Cyrrhes:  
Sepositis patulas curis gravioribus aures  
Quod porrepositis, linguis animisq; faventes.  
Jam vos quæ dicam numeris? quo petine laudum,  
O dari vitæ dulcis morumq; Magistri?  
Me namq; obnubit tantarum incognita rerum  
Congeries, laudumq; sequacibus obruor undis;  
Principium ignorem rot totus finemq; canendi:  
Præcipue quum tot juvenes, lectissima turba  
Hæc adsit, cura vestra cultuq; polita,  
A quibus et grates, et carmina digna Marone,  
Aut Colopboneo vobis debentur Homero.  
Quicquid sit: mea mens tamen e' psolvere grates.



Quod studia et mores nostros libristis in Soras  
Multas, Bac explorantes praesente corona,  
Quid valeant Summi nostri, quid ferre recusent.  
Macti estote fide sinceram et dexteritate  
Vestram, praecleari vitae morumq; Magistri:  
Museo in studio praescripta ad candida calcis  
Exemplo praesente bono, ne inscitia nostra  
Haereat ad metas, hoc flexu aetatis, iniquas.  
Sic, sic ire polo Nostrum se quisq; putabit  
Caelo, et tura feret sacras veneranter ad aras  
Pro blandam vestram, pro vestrorumq; salute,  
Aureus Eois seu sol caput operat undis,  
Sive sub Hesperio rutilum lavet aequore currum.  
Quumq; Dei sic aet, jubeat sic alma voluntas;  
Ut sacra Alysiaei relinquam limina Iudi,  
Et Philyrea ad eam felici tempea gressu,  
Volivum jam nunc, mea Musula, concine carmen,  
Extremumq; VALE patrio suspende Lyceo!  
Vive, Pater Patriae, Dux illustrissime, vive!  
CURIA sit cura Domino, sit libera curis!  
Sint Mecenates quovis ex asse beati!  
Musaei sidus plus quam mirabile caeli,  
Furcicus, incolumis vivat, Director Olympi  
Pierii! VECHNERq; item peragat feliciter omnes  
Res, Pylii seros florens in Aestoris annos!  
RICHTERq; crescat, ceu laurus in aethere surgens!  
SCHMIDTq; incolumis vivat, vigeatq; parum!  
Coetera florescant augusti sidera Iudi:  
Vivant et vincant Pylii trieteridas aevi!  
Sic genetrix vivat, vivant duo gemina fratres!  
Aofines vigeant, Mecenatesq; supersint!  
Tu And. valeas Juvenum studiosa caterva!  
Omnia sint Pyladis, sint oia salva Lyceo!  
Nil loquor ulterius: Bene cuncti et cuncta faveat!  
Nil loquor ulterius: Bene cuncti et cuncta

VALETE!



PREFATIO  
2<sup>to</sup> s<sup>o</sup> s<sup>o</sup> nator  
in  
Examine Publico VII.  
AOCIO IDC LXXIII.

773

VII. Apr.  
recitata.

Venistis, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Prudentissi-  
mi, Patroni submisit de venerandi, colendi, suscipiendi, serius expectati  
votis! Magno expectati desiderio venistis, Musasq; has Musiacas,  
qua non unis nominibus, nec simplici nexu vobis omnibus ac singulis  
obstrictas se ultro fatentur, in ipsarum sede revisendo, caligantibus  
lucem, squalentibus nitorem, torpentibus calorem, spiritum, vitam splen-  
didam hac vestra praesentia reddidit. Semper enim Musae Nostrae  
sereni vultus vestri aspectu refoveri solitas, nunc praecipue, si un-  
quam, benignorum siderum radius salutari iterum voluptate per-  
sentiant: postquam sat longo tempore per absentiam tot tanto-  
rumq; Patronorum, cum anxio curis, tanquam cum lenientibus quibus-  
dam in tenebris luctata, quanto ferius, tanto cupidius, a non unius,  
sed plurimum veluti solium exortu solatium maximum, cum sum-  
ma animi securitate amoenioris diei letitiam receperunt. Siqui-  
dem praeter alias easq; quam plurimas curas, quas, donec fas est, in  
praesentiarum silentii conopaeo involvere, quam omnes edisserere  
malis, praeterit hic annus, qui a quo post imperatam pariterq;  
recognitam Doctrinam Nostram Scholasticam Examine tenus hac e-  
lapsus habetur, multum de justino favore vestro sollicitudinis, qua  
si non integer amplius ille foret, Musis Nostris creavit: quum fini-  
stiora quaedam fata, quam ipse sperasset, illarum Praesidi e fini-  
stra optima causa interpretatione non ita pridem nascerentur,  
fama interim iniqua estimationem boni viri ledere, ansamq; ma-  
levolis domi pariter et apud externos, fallaci quidem illo, sed ta-  
men ignavis probabili, rumore criminandi dare haud dubitante.  
Neq; vero hic tantum et talibus, sed etiam laetis ex rebus, et publi-  
ci gaudii occasione non levis cura ac sollicitudines. Musis No-  
stris existere coeperunt: dum flor studiose juventutis cum ipso ferme  
Doctorum ac Ductorum Ordine verbis sat dignis exprimere nescit be-  
nevolentiam, quam plenissimam hodie iterum experitur. Quare



quoniam praesens quidem semper salubris Studii, semperque gratus Vester  
D. C. conspectus hoc maxime tempore eo gratior ac salubrior existat,  
qui praesentioni certiorum levamento Musae Nostrae indigent post majori  
nem solito sollicitudinem, nil mirum est, si alacritas ista bonis literis  
operam navandi, quae adventus Vestri opinione exaltata, expectatione autem  
tem multo modis aucta sentitur, in tantum jam confirmata habeatur,  
ut postea quoque longum in tempus ad Studiorum fidem atque solidum,  
nec non indefessum cultum robur sit habitura. Est quidem semper con-  
spectus Vester tam Docentibus, quam Discipulis eximii cujusdam et pra-  
clari in sear boni: sed nescio unde et cur longe gratior et acceptior hoc  
ipso sit tempore: e quo tantam percipimus laetitiam, quantam verbis vix  
ac ne vix quidem exprimere valeo. Idem proinde Nobis Nostrae hi-  
laritati accidit, quod virtutibus Vestris atque gloria: quae, quum jam olim  
maxime pulcherrimaeque effulserint, novis tamen atque praeclaris quotidie  
operibus factisque ita illustrantur, ut amabilis inde error et grata nasa-  
tur perturbatio: qui laudes Vestras Vestrorumque Civium amorem exerce-  
re posse semper negamus, crevisse semper confitemur. Accedit hilarita-  
ti Nostra, eandemque non parum auget: quod DEUS Ter Optimus  
Terque Maximus fortiter Vos Opt. Patres ad hilariter per hunc integrum  
anni decursum benignissime servavit, nec quempiam Vestrum subita  
penire morte tenus hac permisit. O ineffabilem Dei bonitatem!  
O felicissimam simplicissimi Vestri Ordinis sortem! Atque ob hoc sumum  
quidem Supremi Summi beneficium inclutum Nostrum ad His-  
tam Gymnasium jure meritoque felicissimum atque beatissimum est pro-  
dicandum, multaque laudibus extollendum, quod DEUS Clementissi-  
my tam benignus tamque beneficus non tantum huic ab incurabili  
concessit Nutricior, sed et in hunc usque diem eisdem salvo ac in-  
colamur pro bonitate sua praestet atque conservet. Quin et felices  
sunt predicandi, qui vel docendo cum fide, vel discendo cum profectu  
peculiarem isthanc clementiam ac Divinam gratiam demereri su-  
dent. Ingrati contra ea illorum sunt animi, turpis et pudenda eo-  
rumque et rusticitas, qui mulorum et equorum instar bona haec contem-  
penter, non intelligunt, sed tantum de pabulo solliciti, neque officii cura,  
neque honestatis sensu, neque verecundia, neque denique ulla tolerabili ra-



174

tione dicuntur. Sed, quod praefecimus dixerim, neminem in hac No-  
stra Republ. literaria tam ingenio vecondem, tam moribus eferatū,  
tam eruditione vacuum esse novi, quin excellens illud Optimi Maximi  
DEI bonum, quod Augusto Gymnasio Nostrō in conservandis tunc caris  
Capitibus ipse ex mera misericordia ac gratia tenet, hac exhibuit, pro  
publico suoq; bono numeret: hic Capitibus non modo decus atq; summum  
totius Nostrae Reipubl. ornamentum, verum etiam praesentissimam  
salutem sustineri sentiat: Gorbium patriam omnium, vos patriae hujus  
publicos parentes esse: Vobis, quicquid vel in honore maximum, vel in  
affectu purissimum, deferri oportere. Consistentibus igitur omnium  
animis, quotquot in hic discentium subfiliis vestro honori assurrexerit  
videtis, virtutem vestram suspicimus, felicitati gratulamur. Minime v-  
opus heic esse censeo, ut oratione proluxa exponam: quod ipso sensu p-  
cipi longe certius atq; plenius potest. Quid enim? Nonne horum omni-  
um in vos conversa ora videtis? Nonne in vos defixos oculos omniu-  
comitit? Nonne ex vobis pendere vultus, imo pectora, animos, mentesq;  
omnium intelligitis? Na purissimi ex obtutu omnium affectu flam-  
ma relucet: qualem sancti tam beneficorum Patronorum ac Nutri-  
ciorum amor in bonorum dūm cordibus accendit panter atq; alit.  
Quid? quod et non alij dūm in hoc numero coetu sit sensus, quam  
ut perpetuo sibi lucem, qua delectentur, ab hic Astris haurire, inde  
trahere vigorem, ex vobis vivere, vestrumq; dūcere finitum arbitren-  
tur. Neq; quisquam Nostrum est, qui melius, quam <sup>ut</sup> sibi etate postea  
gloriae laudanda facere desinat. Tam fundata siqd. virtus,  
etiam quā laudis consumpta est aviditas, ex se ipsa pascitur: neq;  
jam officium, ut laudetur, sed qā non aliter potest, facit. Sic  
itaq; quum beneficia vestra, quibus et hic ipse adventu vestro tam  
benignus est annumerandus, tanta sint tamq; late diffusa, ut ma-  
gitudinem illam neq; ulla attingere orationis ~~grā~~ gravitas,  
neq; varietatem ulla amplecti copia possit, quod sermone non possumus,  
animo, affectu, obsequio implere studebimus: lentq; vobis postea quem-  
admodum summa studiorum et veneremur, ut colamus, ut suspiciamus,  
ita summa votorum, ut extento bene sospiter evo vivatis. Interca a-  
temporis vobis, vobis, in sto, Viris  
Quis de meliore luto fingit praecordia Ditan,



gratias nomine omnium referri, quantas imbecillitas mea capere  
potest, referre non potest: quod sepositis auditis negotiis, submissis ro-  
gati confluere, considerare, et ad audiendum Idos, qui rite laboribus  
hac viginti Scholasticis exiatis sumus, paulatim vos componere haud  
detrectatis. O exoptatum diem! o diem verè splendidum! o diem, in  
quo Musae Nisiaca optime se jure felices pelicare possunt! Et enim  
si ex dignitate Vestra beneficentia hodiernam aestimetur, vix illo quicquam  
illustrius aut postantius excogitari potest. Imò tam eminentis id ipsum est,  
ut eminentiam ipsius cogitationum mearum sentitas in praesentiarum  
assequi non valeat. Nihilominus tibi Nobis sub Apollineo vexillo fore  
nunc militanti by acriter ad optimum laudis incrementum addet cal-  
car. Dum v. magnam scelerare in hoc vernali Examine agendi necessi-  
tatem à tam benigno ac benevolo Patru confluentia Nobis vobis ac sin-  
gulis impositam hodie sentimus, vos jam, Symmachi Severissimi, mea  
tangit oratio, vos nempe, qui optime à terrore annis imbuti artibus  
ac lingua estis, in hoc Orationum meae calce senò adhortor, ut in  
Publico isthoc ac rigoso Examine promptè et expedite respondendo  
tales vos vita, morum ac Studiorum vestrorum Magistris, potissimum  
a. plurimum Venerandis Dni Patronis et Evergetis plebis, quales u-  
trique vos expectant. Adeste, adeste animis, et interrogati promptè et ex-  
pedite responsione indigne vestrae specimina edite, laudabiliter in Scho-  
lastica hac Palaestra, in hoc non tam Martio, quam Apollineo campo  
vires vestras periclitaturi. Nullum profecto dubium est: quin Am-  
plissimi Patres vobis lenissimas benevolentiae auras sine aspiratione,  
ut eorum auspiciis freti, Syllas Syrtis, vos periculis, portu feliciter tan-  
dem appellere queatis. Quod si tamen conatus vestri vobis exasse  
forte non responderint, condonabunt id ingeniorum disparitati vestrorum  
condonabunt et aliquid iudiciorum tenuitati, etiam atque etiam  
cogitationum, quod tunc valeat adagio: Qui nunquam male, nunquam  
bene. Idque omne ut certo certius fiat, maximo cum timore suo  
rogat Opere, qui vos Opt. Patres vel milles salvere iubet,

CAMPIDUCTOR.

CHRISTIANO MOLLERO,  
GORD. LUD.



L. D. B. V.  
ORATIO POETICA  
continens  
Gratiarum actionem,  
Annexa <sup>cum</sup> valedictione.

Recitata in  
Examinis pu-  
blici, ejus qd  
post restaura-  
tionem ac recu-  
gnitam doctri-  
nam schola-  
stica vlti-  
sime No 1673  
d. v. Apr.

775

Conscripti saluete Patres, gravitate valentes,  
Dadala quos Pallas suspicit atq; Themis;  
S saluete Patres patriae: queis Patria fasces,  
Curia summum queisq; curule dedit.  
Iobis Melpomene submisso poplite grates  
Et penita promit pectoris aede pias.  
Quod minime dedignati calcare fuistis  
Luce sub hac nostra limina sacra schola.  
Quam bene catum hunc ornant praesentia vestra,  
Et quam dicturis nobile calcar erat.  
Ex toto votis finem respondimus aese,  
Sineq; res praesens nite peracta fuit,  
Suppliciter cuncti vestris devolvimur aris  
Et nostrum toto pectore quisq; petit,  
Ut largam detis veniam his juvenilibus annis  
Sitis Aristarchi ne rigidus nimis.  
Namq; potest aetas facile haec committere quosdam  
Errores, quos non docta caterva parit.  
Judicium crescet posthaec crescentibus annis  
Evadent qui nos instituisse satis.  
In nobis siquidem solertia multa rogebit:  
Nec nos ignavos ulla habitura dies.  
Nunc peto submisse placida ut vos mente feratis,  
Quod placeat dictis addere plura meis.  
Quippe mihi volupe est tandem relinquere Musas  
Nisi facas atq; his dicere triste vale.  
Narrabo brevis, persstringam carmine curto,  
Gorlicium exhibuit qua benefacta mihi.  
Quamvis sim melici doctus non carminis orfus  
Nec mellis tinctus nectare, Phaebe, tui  
Mente animi ut possem grates appendere grata,  
Atq; vix dignum fundere ab ore melos.



Vis hebet ingenii, torpent ad carmina vires:  
Hæc tamen urget amor Gorbicij favor;  
Phæbe later validas, quæso, mihi porrige vires,  
Imbuito pectus nectare Thespiadum:  
Da fontes mihi Mæsa novos, venumq; liquore,  
Quæ perquam gracilis perplue Pæno.  
Necte comas nostras hodiè Pæneide lauru  
Vitisq; albescant tempora nostra sacris.  
Vos quoq; concripti Patres, atq; urbis Atlantes,  
Per quos Gymnasium, curia, templa vigent,  
Huc faciles afflate piis conatibus auras  
Et linguis vestrum quisq; favetis mihi.  
Vos præceptores, morum vitæq; Magistri,  
Pectora qui lymphis tingitis floribus,  
Atq; animos nostros largè satiare paratis  
mellitis dictis Nectaræq; mero,  
Huc blandas aures, blandas huic vertite mentes,  
Et blandis dictis blandula vela date.  
Vos etiam quicumq; bonas percurretis artes,  
Vestrag; Castabis ora rigatis aquis,  
Auscultate mihi facili aures et mente benigna,  
Dum simul et vobis ultima verba canam.  
Attica sicut apis saltus et prata pererrat,  
Herbarum flores libat et arte favos.  
Disponit, dulci distendit nectare cellas  
Ordine concinno mellea tecta fovens:  
Sic quoq; quis blandum fecit blandissima nomen  
Gratia, relinquunt pulpita docta scholæ,  
Ut sua tunc longè majore labella liquore  
Atq; abibi sparso melle rigare queant.  
Nempe parens quia me trifis Phæboq; sacraerat,  
Jussèrat et studiis invigilare bonis  
Hisce mihi monitis posthac parere paternis  
Ipse et tali nutibus ardor erat:

Artibus



176

urbibus et linguis capi hinc seruire, Sorores  
Sapientius ut colerem libenore modo;  
tenuis Musarum castra opulenta secutus,  
Endo schola patria labra riganda dedi-  
catus me genitor posthac commisit alumnum  
Gymnasii, patris iussit abire solo.  
Verba Patris, quem Sancta Trias soletur Olympo,  
Hae patula fuerant aure bibenda mihi:  
Tempus in omne tuis captis vehementius instat,  
Fortius et ceptam currere perge viam:  
In medio quoniam cursu quicumque repente  
Substitit, huic fulgens nulla corona datur:  
